

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum ei qui non facit id pro quo indulgentia datur, possit quandoque
indulgentia dari? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

tur. Vnde dicitur Gal. 6. Alter alterius onera portate.

Ad secundum dicendum, quod propter indulgentias non debet dissolui regularis obseruantia: quia religiosi magis merentur religionem suam seruando, quantum ad præmium vitæ æternæ quam indulgentias exirendo; quamvis minus quantum ad dimissionem penæ, quod est minus bonum. Nec iterum per indulgentias dimittuntur poenæ iniunctæ in capitulo: quia in capitulo agitur quasi forum iudiciale magis quam penitentiale; (vnde etiam non sacerdotes capitulum tenent) sed absoluitur à poena iniuncta vel debita pro peccato, in foro penitentiali.

ARTIC. III.

Vtrum ei, qui non facit illud, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari?

106

A D tertium sic proceditur. Videtur, quod ei qui non facit illud, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari. Quia ei qui non potest operari, voluntas pro facto reputatur †. Sed aliquid quando sit indulgentia pro aliqua eleemosyna facienda, quam aliquis pauper facere non potest, & tamen libenter faceret. Ergo indulgentia ei valet.

^{† Cassiod.}^{sup. Psal.}^{3. super}^{illud, Di-}^{xi confi-}^{tebor. &}^{glos. ord.}^{ibid.}^{* q. 13.}^{art. 2.}

¶ 2 Præterea *, Vnus potest pro alio satisfacere. Sed indulgentia ad remissionem poenæ operatur, sicut & fastatio. Ergo vonus potest pro alio indulgentiam accipere: & sic ille consequetur indulgentiam, qui non fecit hoc, pro quo indulgentia datur.

SED contra, Remora causa, remouetur effectus. Si ergo aliquis non facit hoc, pro quo indulgentia datur, quod est indulgentia causa, indulgentiam non consequitur.

RESPONDEO dicendum, quod non existente conditione, non consequitur illud quod sub conditione datur: vnde cum indulgentia detur sub hac conditione, quod aliquis aliquid faciat vel det; si illud non exerceat, indulgentiam non consequitur.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc intelligitur quantum ad præmium essentialie; sed non quantum ad

236 QVÆST. XXVII. ART. III.
ad accidentalia aliqua præmia, sicut est dimissio pa-
næ vel aliquid huiusmodi.

Ad secundum dicendum, quod opus proprium po-
test quis applicare per intentionem cuiuscumque vo-
luerit, & ideo potest pro quocumque vult, satisface-
re: sed indulgentia non potest applicari ad aliquem,
nisi ex intentione eius qui dat indulgentiam: & ideo
cum ipse applicet ad facientem vel dantem hoc ac-
illud, ille non potest qui hoc facit, ad alterum hanc
intentionem transferre. Si tamen sic fieret indulgen-
tia, Ille qui facit, vel pro quo hoc sit, habeat tantam
indulgentiam, valeret ei pro quo fit: nec tamen ille
qui facit hoc opus, daret alteri indulgentiam, sed il-
le qui indulgentiam sub tali forma facit.

A R T I C. I V.

107

Vtrum indulgentia valeat ei qui facit?
AD quartum sic proceditur. Videtur, quod indul-
gentia non valeat ei qui facit. Quia facere in-
dulgentiam est iurisdictionis: Sed nullus in seipsum
potest exercere ea, qua sunt * iurisdictionis, sicut
nullus potest se excommunicare †. Ergo nullus po-
test indulgentia à se facta particeps esse.

¶ 2 Præterea, Secundum hoc ille qui facit indul-
gentiam, posset pro aliquo modico facto sibi penam
remittere omnium peccatorum: & ita impune pa-
caret, quod videtur absolum.

¶ 2 Præterea, Eiusdem potestatis est facere in-
dulgentias, & excommunicare. Sed aliquis non po-
test excommunicare seipsum. Ergo nec indulgentia,
quam facit, particeps esse potest.

SED contra est, quod tunc esset ipse peioris con-
ditionis, quam alijs, si ipse non posset uti thesauro Ec-
clesiae quem alijs dispensat.

RESPONDEO dicendum, quod indulgentia debet
ex aliqua causa dari ad hoc, quod aliquis per indul-
gentiam ad actum aliquem prouocetur, qui in utilita-
tem Ecclesie, & in honorem Dei vergat. Pralatus au-
tem, cui cura utilitatis Ecclesie & honoris diuini pro-
pagandi

fnp. q. 22.

ar. 4. in

arg. Sed

contra.

¶ ut ibid.

dicitu esl.